



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Conuerso, qui vidit in os alterius Conuersi sacerdote[m] mittere
puerum pulcherrimum, cap. 42.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

IBat post hæc in Cœna Domini quidam frater ad sacram communionem, & fuit planè in maximo torpore & diffidentia, ita quòd etiam, si fieri posset, vellet se sacræ communioni non interesse. Proce-
debat igitur ad altare, vel potiùs eundo se quasi sub-
trahebat à Deo, vt sequentibus esset molestus, ipsum-
que propellerent: cumque ventum esset ad gradum
presbyterij, conuersus vidit alium fratrem, de quo
supra dictum est, sequentem: venitque ei in memo-
riam visio quædam, quam ab illo didicerat, ac subitò
mutatus in virum alterum, ibat spirans & anhelans,
spiritu iudicij & ardoris accensus quasi furnus & in-
flamatus, ita vt se capere vix posset. In tali ergo spiritu
cū esset, & iā ad altare alacriter festinaret, vidit ille
subsequens, & ex signis apparentibus, interioris ho-
minis illius statum coniecit. Humiliante itaque se
illo, vidit iste posterior speciosissimum puerum mani-
bus sacerdotis super altare accipi, & in os illius fratris
deponi: & cū videret, terræ procumbens, ipsum,
que viderat, adorauit. Moti sunt autem super hac
venia illius quidam, eo quòd inordinatè fecisse vide-
retur: & conuenit eum vnus, in audientia plurimum
minans, se eum proclamaturum. At ille causam ei
qui sciebat commisit, vt ab hac eum verecundia tue-
retur: qui immisit ei spiritum silentij & quietis, & nō
mouit illum. Porrò ille, qui puerum Iesum suscepe-
rat & portabat, ibat & reuertebatur in similitudinem
fulguris coruscantis: incedebat, vel potiùs ferebatur, *Exech. 4,*
in iubilo cordis, in ardore spiritus vehementis, & in
tantam spiritus ebrietatem deuenerat, vt quasi a sen-
su alienatus propemodum se non sentiret, & vix ad
stallum suum sine titubatione rediret. Super hoc ab
illo alio sæpe multumque conuentus, omnibus mo-
dis occultabat, donèc ille tandem ei, qui de statu eius
coniecerat, aperire compulsus est: & sic demum mu-
tua sibi colloctione, quod viderant & senserant,
innotuerunt. **APOLLONIVS:** Si se a sacra communio-
ne subtrahentes a beata Dei genitrice sic corripiun-
tur,

tur, si ipse Dei filius sub eodem sacramento tam vere-
raciter & tam gloriosè percipitur, & ex ipsa percep-
tione charitas intenditur, amodo libentius commu-
nicabo. CÆSARIUS: in sacra Eucharistia quàm mul-
tiplex sit gratia, quàm multiplex virtus & medicina,
subiecta declarabunt exempla.

CAPVT XLIII.

*Effectus
aliquot
miri S.
Euchari-
stie.*

Magister Mauricius Parisiensis Episcopus ante
mortem suam tam grauius infirmatus est, vt
materia rapta in cerebrum sensum ei subtra-
xerit: in tali defectu positus, cum corpus Domini cum
instantia postulasset, & hi qui circa eum erant, pro-
pter sensus inopiam, illud ei dare non auderent, pro-
curauerunt cum sacerdote, vt hostiam non benedi-
ctam apportaret. Qui cum venisset cum multa reue-
rentia, qualiter decebat Episcopum communicare,
mox vt limen domus sacerdos attigit, Episcopus clara
voce clamauit: Tolle, tolle, non est Dominus Deus.
Reuelauerat Deus auriculā eius, vt intelligeret quid
circa se ageretur. Stupente sacerdote, nec non & alijs
qui aderant, reuersus est, verum Christi corpus dese-
rens. Quod cum verbis catholicis valde, atque com-
punctus adorans, deuotè suscepit, cum quo & sensum
ad Dei gloriam subtractum perfectè recepit. Sicque
in bona confessione, plenus fide & charitate, migravit
ad Dominum.

CAPVT XLIV.

Simile cōtigit cuidam infantulo, sicut fratres eius
carnales, Ludolphus & Henricus monachi no-
stri, mihi narrauerunt: qui cum infirmaretur,
Spiritu factō afflatus, corpus Christi sibi dari pe-
tiuit: cumque eum parentes compescerent, ille forti-
ter clamauit: Date mihi corpus Domini. Delatum est
verbum ad sacerdotem, qui cum diceret, non est secu-
rum tali puero, qui non intelligit quid sit, dare cor-
pus Domini, hostiam ei detulit non benedictam. Quā
cum ei porrigere vellet, & diceret, Ecce hīc est corpus
Domini, vt Dominus ex ore infantis perficeret lau-
dem, & destrueret perfidiam multorū, qui de eodem
sacra-

Psal. 8.